

mea,¹¹ hoc est: Exsurge, fili, quia omnia, quae a te acta sunt/ miracula, non tuę solum, sed mee glorię retulisti! *Exsurge, psalter/ et cytara*, id est: Exsurgat tecum omnis chorus sanctorum. Cui respon/dit: *Exsurgam diluculo*, id est mane. Idcirco leto animo/ adque^w alacri vultu vos lętari oportet in tam praeclara diei festivitate, ut finita huius mundi militia cum victorię pal/ma valeatis conscendere ad cęlorum gaudia, qua gau-dea/tis per infinita saecula.

Brief 7

Eine Frau namens Bertrudis bittet Herfrid um materielle Unterstützung zur Linderung ihrer größten Not¹².

Domno^x E(rfrido) episcopo Bertrudis comma/tra^y illius omnium humillima totius famulicii obsequium.

Domine/ senior, ab illo die, qua hanc patior angustiam, quę poene^z omnibus cog/nita est, ubi meum solummodo cognosco interesse facinus, tamen absque/ meam aliquam culpam non, quod alicui aliquid commissem, vestram aggredi/ non valui^a misericordiam. Nunc igitur praetermittere non possum, ut vestram/ non deprecem clementiam vel aliorum, qui mihi iam facti sunt amici./ Exposco ergo, ut mihi aminicu-
lari aliquo modo satageratis^b seu in vino seu in omnibus, quae placita sunt vobis. *Ista autem,* fol. 27^v
scitote, non ideo rogo, ut illa summopere non deserviam./ Si enim vobis placet, dirigam vobis optimum croceum seu pretio/sas alias res, quae manibus meis operari possunt^c. Cognos/citote ergo, quoniam aggressa essem magnificentiam vestram/ sive equo seu etiam navigio sicque inenarrabiles meas an/xietates^d ante obtutus vestros ex parte narra/rem, quoniam prae omnibus in vestra fisa^e sum consolatione. Cre/do enim, quoniam, si non ob aliud saltim propter deum me consolabi/tis seu propter amorem filii mei Widonis, qui sub/iure vestro redactus est usque ad diem exitus sui. VALE/

w) so die Hs. statt atque. x) Donno Hs. y) so die Hs. vielleicht statt com-mater. z) korr. aus pene Hs. a) i nachgetragen Hs. b) sata gratis Hs.
c) so die Hs. statt possum oder operari als Passiv mißverstanden. d) folgt durch-strichen et parte Hs. e) korr. aus fisus Hs.

¹¹⁾ Psalm 56, 9 und 107, 3.

¹²⁾ Zu dem Brief vgl. oben S. 137f.